Imperatorum obtutibus nostris ad relegendam ostendit humiliter
exposcens ut sub eadem immunitate nostram adderemus
auctoritatem per quam predictum monasterium sub nostra immunitatis
tuitione nostris futurisque temporibus quiete consistere valeret
Cuius petitioni assensum prebentes, hanc nostram auctoritatem
circa eundem monasterium fieri decrevimus, per quam
specialiter decernimus atque iubemus ut ipsum monasterium
una cum rectoribus suis et rebus ipsius monasterii in
quibuslibet pagis sitis, tam datis regum seu ducum
aut iudicum vel deum timentium reliquorum hominum
unde ipsa casa dei modo vestita esse dinoscitur. Et
si in antea ibidem divina pietas ampliare voluerit
seu potestas ipsius iure possidere videtur, sub nostre
munitatis immunitatis tuitione atque defensione nostris futurisque
~~tpeb~~ temporibus, quatenus nullus iudex publicus
in ecclesias vel villas seu cellas sive agros
ipsius monasterii quos moderno tempore infra ditionem
regni nostri iuste et rationabiliter possidet, que deinceps
loca ipsius iure divina pietas augere voluerit ad
causas audiendas, vel freda exigenda seu man-
siones aut paratas faciendas nec fideiussores
tollendos aut homines eiusdem ecclesie tam ingenuos quam
servos super terram ipsius commanentes iniuste distrin-
gendos nec ullas redibitiones vel illicitas occasiones

requirenda iure suo futuris temporibus ingredi audeat vel ea
que supra memorata sunt infringere presumat. Sed
liceat memorato Abbati suisque successoribus res predicti
monasterii sub immunitatis nostre defensione quieto ordine
possidere cum omnibus ad se iuste aspicientibus vel pertinentibus
absque alicuius inquietudine vel contrarietate et quicquid exinde fiscus
noster sperare poterat, totum nos pro eterna remuneratione
prefato monasterio concessimus aut Alimonia pauperum
et stipendia monachorum ibidem deo famulantium perhennis
temporibus proficiat in augmentum. Et cum quando divina
vocatione supradictus Abba, vel successores eius
de ipso monasterio ab luce migraverint quamdiu ipsi
monachi talem inter se invenerint, qui eos secundum regula
sancti Benedicti regere valeat, licentiam habeant elligendi
Abbatem, quatenus ipsos servos dei, qui ibidem
deo famulantur, pro nobis coniugeque regni nostri iugiter
domini misericordiam exorare delectent. Insuper confirma-
mus atque sub nostra mundeburdi tuitione recepimus
omnia que a successoribus nostris seu hedificatoribus ipsius
monasterii per quecumque instrumenta scripturarum concessa
vel tradita sunt. Hec sunt cuncta ubi monasterium
hedificaverunt. Curtis in laurentiana.
Curtis in ripa fracta. Curtis in bibione. Curtis
in hano. Curtis cum cella in blessaga, Curtis de
villa sicut aqua que dicitur Edago decurrit ex una
parte, et lemina ex alia usque ad fossa Savonaria
atque corbulam. Curtis de Amone. Curtis in sacco.
Curtis in crispinaga, cum castello. Curtis de verno

· de mulinego et de lutremo · Curtis de Salto cum cella
Curtis de Ribaria. Curtis de porpiro · Curtis de
Sancto Ferito · Curtis de vico leonum cum cella sancti Flo
riani · Curtis de Gredeia · Curtis in Firmusello cum villa
et omnibus pertinentiis earum, Necnon suprascripti monasterii
nostri quicquid habere videtur inter fines inter aquas defluentes
hoc est inter Tiliamentum et Liquentiam, Et sicut via Un
garorum currit usque paludes maris, omnia cum omnibus
ad regiam potestatem pertinentibus. scilicet piscationes venationes
silvas terras ferreas, et quicquid nominari potest ad nostram
regiam potestatem pertinere, sub omni integritate sancto
Abbati Adalberto suisque successoribus in predicto loco
deo famulantibus, nostra preceptali auctoritate per omne tempus
habendi confirmamus et roboramus. Siquis autem hanc nostram
auctoritatem violare presumpserit sciat se [illegible] nostro
monasterio triginta librarum auri compositurum, Et ut
hec nostre auctoritatis inconvulsa per futura secula ab omnibus
veraius credatur et diligentius observetur manu propria
subtus affirmavimus et anuli nostri impressione
sigillari jussimus.

Signum domini Berengarii gloriosissimi regis.
Petrus cancellarius, vice Adelhardi episcopi et archican
cellarii recognovi. Data xii. k. aprilis. Anno
incarnationis d. ccc lxxxviii. Anno vero regni domni
Berengarii gloriosissimi regis. primo. Indictione vi. Actum
Mantua palacio regio in dei nomine feliciter amen.

✠ anno dni 9..

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto divina
ordinante clementia rex. Si petitionibus fidelium nostrorum
corporum qui pro ea salute suggerunt erga deum devotione
videntur, aures serenitatis nostre accomodare non denegamus,
Non solum ad nostrum servicium promptiores et fideliores
eos reddimus, verum etiam eterne retributionis premia
inde nobis adquirere confidimus. Quapropter omnium
fidelium sancte dei ecclesie nostrorumque presentium scilicet et futurorum
notum sit quia vir venerabilis Adalbertus abbas
ex monasterio sancte dei genitricis Marie nuncupato
Sexto quod est positum in territorio Forojuliensi
immunitatem regum imperatorum nostrorum antecessorum olim
tibi nobis ad regendum ostendit, humiliter exposcens
ut sub eadem immunitatem nostram adderemus auctoritatem
per quam predictum monasterium sub nostre immunitatis
tuitione nostris futurisque temporibus consistere valeat. Cuius
petitionibus assensum prebentes, hanc nostram auctoritatem
circa eundem monasterium fieri decrevimus, per quam
specialiter decernimus atque iubemus ut ipsum monasterium
cum rectoribus suis et rebus ipsius monasterii in quibuslibet
regionibus et territoriis tam de datione regum, ducum
aut iudicum, sive reliquorum deum timentium hominum
unde ipsa casa dei modo vestita esse dinoscitur
et in antea divina pietas implere voluerit
seu potestatis ipsius iure possidere videtur, sub nostra
maneat immunitatis tuitione atque atque defensione
nostris futurisque temporibus, quatenus nullus iudex
publicus in curtes aut villas seu castellas sive

cellas aut agros ipsius monasterii, quas moderno tempore
infra dicionem regni nostri juste et rationabiliter possidet et
que deinceps in jure ipsius loci divina pietas augeri
voluerit ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut
mansiones aut paratas faciendas nec fideiussores
tollendos aut homines ipsius ecclesie tam ingenuos
quam servos super terram ipsius monasterii commorantes
nullo modo distringendos nec ullas redibitiones,
aut illicitas occasiones requirendas nostris et futuris
temporibus ingredi audeat, vel ea que supra memorata
sunt exigere non presumat, sed liceat memorato
abbati suisque successoribus res predicti monasterii
sub immunitatis defensione nostre quieto ordine possidere
cum omnibus ad se juste aspicientibus vel pertinentibus
absque alicuius inquietudine. Et quicquid exinde fiscus
noster sperare poterat, totum nos pro eterna remu-
neratione prefato monasterio concessimus, ut alimonia
pauperum et stipendia monachorum ibidem deo famu-
lantium perhennis temporibus nobis proficiant in augmentum,
ut fruentes namque regni nostri et augmentatione
prolis nostre et pro salute omnium peccatorum nostrorum veniam
mereamur. Eidem prefato sancto loco Sextensi commo-
rantibus deo famulantibus monachis, quicquid habere videtur
nostri iuris inter aquas defluentes, hoc est inter
Tiliminum et Liquentiam. Et sicut via Ungarorum
decurrit et paludes marinas omnia et in omnibus ad
regiam potestatem pertinentibus, scilicet piscationes venationes
silvas terras, frugia, et quicquid dici vel nominari

pot, ad meam regiam potestatem pertinentem sub omni inte
gritate Iamdicto Abbati Adalberto suisque successo
ribus in predicto loco famulantibus, nostra preceptali auctoritate
per omnia tempus habendi confirmamus et roboramus. Si quis
autem hanc nostram auctoritatem violare presumpserit, sciat
se Regie nostro monasterio triginta libras auri compo
siturum. Et ut hec nostra auctoritas inconvulsa et firma
semper ab omnibus verius credatur et diligentius observetur
manu propria subtus affirmavimus et anuli nostri impressione
sigillari iussimus. Data iii. Idus Iulii. Anno incar
nationis Domini nostri Yhesu Christi D.ccclxx. Indict. tercia
regnante pio Rege Ottone Anno xxxv. Actum
Mechdeburch in Christi nomine feliciter amen.

Signum domini Ottonis invictissimi Imperato
ris Augusti.

Anno Domini 829. ✠ 830.

In nomine domini nostri Yhesu Christi dei eterni. Hlotharius — Hlotharius
Augustus invictissimi domini Genitoris Hludowici filius — H Ludovici
Magnitudinem regni nostri in hoc credimus sublimandam
si petitionibus servorum dei in quo nostris auribus fuerit
prolate libenter non contempnimus. Regiam imperialis excel
minis consuetudine, hoc nobis ad remedium anime in
dei nomine prodesse confidimus. Idcirco notum sit omnibus
fidelibus Sancte dei Ecclesie nostris meis temporibus
presentibus scilicet et futuris. Quia vir venerabilis
Abbas lupus, de monasterio Sancte dei genitricis
Marie nuncupate Cruce, quod est situm in territorio
Faesulensi, quemdam monachum ex ipso monasterio

[illegible] [illegible] ac immunitatem per commendationem domini Caroli serenissimi imperatoris obtutibus nostris ad relegendum detulit, humili expostulatione ut per eandem immunitatem nostram additionem auctoritatis, quatenus prefatum monasterium sub nostra immunitate nostris firmioribusque temporibus quiete consistere valeat. Cuius petitioni assensum prebentes hanc nostram auctoritatem circa eiusdem monasterii fieri decrevimus, per quam specialiter decernimus atque iubemus ut ipsum monasterium una cum rectoribus suis et rebus ipsius monasterii in quibuslibet pagis et territoriis, tam de datione regum seu ducum aut iudicum vel aliquorum deum timentium hominum, unde ipsa casa modo vestita esse dinoscitur et in antea ibidem divina pietas ampliare voluerit seu potestas ipsius iure possidere videtur, quod sub nostra maneat immunitatis tuitione atque defensione nostris firmioribusque temporibus, quatenus nullus iudex publicus in curtes vel villas seu castella sive agros ipsius monasterii, quas moderno tempore infra dicionem imperii nostri iuste et rationabiliter possidet, vel que deinceps iure ipsius loci divina pietas augeri voluerit, ad causas audiendas vel freda exigenda, seu mansiones aut paratas faciendas, nec fideiussores tollendos, aut homines eiusdem ecclesie tam ingenuos quam servos super terram ipsius commorantes iniuste distringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris firmioribusque temporibus ingredi audeat, vel ea que supra memorata sunt penitus exigere presumat. Et liceat memorato abbati suisque successoribus

respiciet monasterii sub immunitatis defensione nostre iusto ordine possidere, cum omnibus ad se iuste aspicientibus vel pertinentibus ibidemque aliquid iuste conueniunt. Et quicquid camera fiscus noster sperare poterat, totum nos pro eterna remuneratione prefato monasterio concessimus, ut aliter alimonia pauperum et stipendia monachorum ibidem deo famulantium perhennis temporibus proficiat in augmentum. Et cum quidem diuina vocatione supradictus abbas uel successores eius de ipso monasterio ab hac luce migrauerint, quamdiu ipsi monachi talem inter se inuenire nouerint qui eos secundum regulam sancti Benedicti regere valeat, licentiam habeant eligendi abbatem, quatenus ipsos seruos dei ibidem deo famulantes pro nobis et coniuge proleque nostra atque stabilitate imperii nostri iugiter domini misericordiam melius exorare delectentur. Et ut hec auctoritas confirmationis nostre firmiorem habeat et nostris futuris temporibus inconuulsa permaneat, manu propria subter eam firmauimus et anulo nostro impressione signari iussimus. Data iii. idus marcii, anno Christo propicio imperii domni

820 Hludouici serenissimi imperatoris vii. regnique Hlotarii ... 820

gloriosissimi augusti in Italia viii. indictione viii. Actum Mantua ciuitate in dei nomine feliciter amen.

Signum Hlotarii gloriosissimi augusti.

IN nomine domini nostri Jhesu Christi dei eterni Hludouicus gratia dei imperator augustus. Maiorum regum

875 nostrorum in hoc augere credimus munimentum, si petitionibus

precorum dei in quo meis auribus fuerint prolate libenti animo
obtemperamus. Igitur inquid decernimus constitutionem et hoc
Nobis ad remedium anime mee in dei nomine permanere confidimus
Idcirco notum sit omnibus fidelibus sancte dei ecclesie et meis
temporibus presentibus scilicet et futuris, quia vir venerabilis
Lupus Abba ex monasterio sancte dei genitricis Marie
nuncupante Sexto, quod est situm in territorio forojuliensi
Immunitatem pie recordationis avi mei Karoli, necnon
Genitoris mei Hlotarii serenissimis imperatoribus obtutibus
meis ad relegenda ostendit humiliter exposcens, ut super
eandem immunitatem meam adderemus auctoritatem, per
quam prenominatum monasterium sub mee immunitatis tuitione
meis futurisque temporibus quiete consistere valeat. Cuius
petitioni assensum prebentes hanc meam auctoritatem circa
Eundem monasterium fieri decrevimus, per quam specialiter
decernimus atque iubemus, ut ipsum monasterium una cum
rectoribus suis et rebus ipsius monasterii in quibuslibet pagis
et territoriis tam de datione regum seu ducum aut
Iudicum vel reliquorum deum timentium hominum unde
ipsa casa dei modo vestita esse dinoscitur et in
antea ibidem divina pietas amplificare voluerit
seu potestatis ipsius nunc possidere videtur, sub nostra
maneat immunitatis tuitione meis futurisque temporibus
atque defensione quatenus nullus iudex publicus
in ecclesias vel villas seu castellas sive agros
ipsius monasterii quas moderno tempore infra ditionem
Imperii mei iuste et rationabiliter possidet vel que deinceps
Iure ipsius loci divina pietas augeri voluerit

ad causas audiendas vel freda exigenda seu mansiones
aut paratas faciendas vel fideiussores tollendos aut
homines eiusdem ecclesie tam ingenuos quam servos super
terram ipsius commorantes iniuste distringendos, nec ullas
redibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris et
futuris temporibus ingredi audeat, vel ea que supra
memorata sunt penitus exigere presumat. Sed liceat
memorato abbati suisque successoribus res predicti monasterii
sub immunitatis defensionis mee quieto ordine possidere
cum omnibus ad se iuste aspicientibus vel pertinentibus absque
alicuius iniusta contradictione. Et quicquid exinde fiscus
noster sperare poterat, totum nos pro eterna remuneratione
prefato monasterio concessimus ut elemosina pauperum
et stipendia monachorum ibidem deo famulantium perhennis
temporibus nobis proficiat in augmentum. Et quandoquidem
divina vocatione supradictus abbas vel successores
eius de ipso monasterio ab hac luce migraverint
quamdiu ipsi monachi talem inter se invenire potuerint qui eos
secundum regulam sancti Benedicti regere valeat licentiam
habeant eligendi abbatem. Quatenus ipsos servos dei
qui ibidem domino famulantur pro nobis et coniuge proleque
mea atque stabilitate totius imperii mei melius
iugiter domini misericordiam exorare delectet. Si autem
quislibet huius mee imperialis auctoritatis violator
repertus fuerit, noverit se compositurum immunitatis
ipsius ecclesie quam ceteris regni mei ecclesiis concessi-
mus, hoc est sexaginta libras auri, Et ut hec mea

unitas firmiter habeatur et per futura tempora melius conservetur anulo nostro subtus jussimus roborari. Data iii. Idus Julii

Anno Christo propitio imperii Hlodouici piissimi augusti xx. Anno Dni 875

indictione viii. Actum Sancto Floriano in dei nomine feliciter

amen. Anno a nativitate domini dccclxxv. indictione

viii. mensis augusti.

Ego Johannes bonus tabellio sacri palatii notarius hoc exemplar sumptum ex autentico sigillatum anulo domini Hlodouici imperatoris utrum autentico vidi et rescripsi nichil minuens nec aliquid addens.

Signum

Anno a nativitate domini dccclxxv. indictione viii. mensis madio.

Anno Dni 78 Carolus gratia dei Rex Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum omnibus Episcopis Abbatibus Ducibus, Comitibus, Castaldiis ut reliquis fidelibus nostris presentibus et futuris. Comperiat magnitudo seu industria vestra, qualiter vir venerabilis beatus Abbas de monasterio Sexto quod est positum super flumine Regho in honore sancte dei genitricis Marie, vel beatorum sanctorum Petri et Johannis baptiste

clementiam regni nostri suggessit eo quod Adelchis qui fuit
rex Longobardorum pro dono ei concessisse ex fisco nostro quod
in palatio nostro seu curte ducali nostra Tarvisana pertinendo
persolvendi de vico qui dicitur Sacco qui est positus in ipso
fine Tarvisiano saliginis modia centum et porcos
quinquaginta, necnon confirmasse ei supradictus Adelgis
aqua currentia et silvam que est posita in loco qui
dicitur Fiaria in territorio civitatis nostre Forojuliane
per loca designata, sicut per ipsius Adelgis declaratur
preceptum, similiter monuit nobis praefatus Abbas
quod fecisset commutationem cum Rotone qui fuit Gastaldius
et dedisset ei pratum et silvam in loco ubi nominatur
Cernastos seu recepisset in commutatione de curte nostra
de ripe fracta similiter pratum et silvam in biberone
per loca designata, sicut per prefati Adelgis declaratur
confirmationem. Nos vero hanc cum diligenter discutere
tis, unacum fidelibus ac proceribus meis ita invenimus
quod legibus ipsius donatio ac confirmatio stare non
potuit propterea ..., considerantes mercedem et ipsius
venerabilis viri attendentes petitionem, denuo super
scripta omnia in elemosina nostra tam sancto monasterio
per preceptum auctoritatis nostrae donamus atque concedi
mus perpetualiter ad possidendum, ita ut memoratus
Beatus Abbas suique successores omnes supramemoratas
res quieto ordine ex nostra largitate teneant et possi
deant, et ad ipsum casum dei perpetualiter in
augmentum proficiant et nullus dux aut Gastaldius
vel quicumque de judiciaria potestate e constitutus

ut quaecumque ulla conditionis persona contra hec auctoritatis
nostre preceptum audeat ire nec quidquam sed omni tempore
ad ipsum sanctum locum pertineat domino adiuvante proficiat
Et ut hec preceptio sit firmior manu propria subtus eam
firmavimus et de anulo nostro sigillari iussimus

Signum K S Karoli gloriosissimi regis. Ubi gloaldus
ad vicem radonis recognovi et scripsi. Data xvi kal.
Iunias Anno duodecimo et septimo regni mei. 78

Die lune xii mensis Augusti hora loco et testibus
supradictis Iberis in Iudicio coram supradicto domino
locumtenente comparentibus supradictis domino Iulianus et
domino Antonio nominibus supradictis in termino antedicto
in quo termino ad tertiam processum fuit et quia Ego
Antonius notarius vestri nondum partibus predictis dedissem
copiam ipsorum testium et iurium supraproductorum, prefatus
dominus locumtenens terminum partibus predictis assignavit
ad habendum copiam ipsorum testium et opponendum eis contra
[illegible] mensis partibus [illegible] ad videndum opponi
et ulterius in causa procedi sicut iuris fuerit procedendum.

assignat terminum partibus ad habendum copiam testium et [illegible]

Die lune xix dicti mensis Augusti hora loco et testibus
in predictis In Iudicio coram sapienti ac egregio
legum doctore domino Monfloreno de Codeca de
[illegible] iudice et commissario dicti domini locumtenentis
ad iura reddendum pro tribunali sedente, comparentibus
in termino antedicto sive terminum partes ipse [illegible] sunt in
eodem statu et gradu permanserunt ad diem Veneris proxime
venturum.

prorogatio [illegible] partes [illegible]

Die veneris xxxj. dicti mensis Augusti hora loco et testibus quibus supra, continuavit dominus locumtenens omnes et singulos terminos diei hodierne currentes quoscumque inter quasvis personas coram eo occurrentes quibuscumque de causis, In quibus paterat et est advocatus supradictus dominus Julianus de Flo[-]rentia propter sui infirmitatem, prorogavit in eodem statu ad diem lune proximam venturam.

pro termino advocati et personis, vero propter sui infirmitatem

Die veneris quinta mensis Septembris hora loco et testibus supradictis In judicio coram supradicto domino Locumtenente comparentibus predicto domino Juliano et domino Antonio sindicis nominibus in termino supradicto ubi quidem dictus dominus Antonius de Sancto daniele in eo ipso produxit instrumentum tenoris infrascripti Cui productioni dictus dominus Julianus non consensit, Et in quantum consentire teneret ipsius copia petiit que eidem per prefatum dominum locumtenentem decreta fuit, cum termino sibi statuto et assignato ad opponendum et ulterius in eo ipso producendum quicquid fuerit juris producendum ad diem mercurii proximam venturam dictis loco et hora.

produxit vero instrumentum infrascripti tenoris et decrevit copiam actorum cum termino opponendi.

Tenor autem instrumenti per parte dicte Communitatis et hominum Sancti Viti supra producti sequitur de verbo ad verbum et talis est.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis Eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo Indictione decima die octavo Januarii, presentibus nobilibus et discretis viris Castellino, Iacobo Johanne Jacobo domini Hermanni Chuzu[-]lino Johanne gatto, Guidotto quondam Alouisio nepote domini

Viris Sepunse Odorico lennati et Andrea de pepayo de
Pormano Bonomonte decano de Azano Johanni filio
et Vendramo dicto malafura officialibus domini patriarche, Francisco
de bagnaria officiali de spelimbergo de Sanctodaniele, et
Candido fornasario de pholono, testibus vocatis et aliis
pluribus. Sedente in Judicio Nobili viro domino Jacobo
quondam domini hermanni della Frattina vicegerente pro prudenti
viro domino Ranerio de Cernis, reverendissimo in Christo
patre et domino domino N. miseratione divina Aquilegensis patriarcha
dignissimo, Sancti viti Castaldione vicarium Nicolao quondam
Fasoletti de Septimo, curie solite ubi mos est jura reddi
comparuit honorabilis dominus Ranerius coram predicto vice-
gerente gerente dicens pro defensione jurium Sancte Aquil-
legensis Ecclesie et dicti domini patriarche pro domino Sancti viti, domine, Verum
est quod familiares mei Castaldi Sancti viti iverunt ad
Custodiendum nemora et Comunias domini patriarche et Aqui-
legensis Ecclesie mandato et commissione dicti castaldionis
et ad perquirendum et inveniendum si aliquis in ipsis
dampnum daret ut fieret, et in ipsis invenerunt
certos de vilota comugnando et ligna incidendo in
quibus de Jure comugnare non debent ut licet. Quibus
acceperunt octo boves, quos predicti de vilota violenter
armata manu dictis meis familiaribus abstulerunt
eos percutiendo, Quare domine peto jus fieri quod ordo
juris postulat, Super quibus habito consilio Sapientum
circumstantium per Nicolaum Fracastinum publicum Sententialiter
exstitit, quod homines et Comune de Vilotta debeant pro clamatione
ad eorum excusationem de predictis faciendam, Quibus
proclamatis et non comparentibus Sententiavit et diffinivit quod Com-

et illi de Velotta debent et tenentur dictos boves reddere
gastaldiom predicto alterissimum et solvere bannum curie
constitutum videlicet libras xxv. Qui boves pretiis supradictis
inpretiati fuerunt marchas soldorum xvi. per cognominatum
famulos nomina humiles fide manuali assererunt, postquam
procuratus p(er) Raynerius comparuit coram dicto vicario
querentes dicens domine petto suos finance si in communis
dum pathe videlicet in quaregna. Alberto Gualotto Ruzigl
et alios eorum reperirentur aliquis qui de iure comugnare
non debet et specialiter illi de Velotta quod edicto fieret postulat.
Dominus Nicolaus forastinus dicto consilio hinc inde et
circumstantiarum examinavit et diffinivit quod preconizari deberet
hic in placza voce preconia alte quod aliqua persona,
et specialiter illi de Velotta, qui iure comugnare non
debent in communis predictis, non sint ausi nec debeat
in communis predictis vel nec comugnare in pena et
sub pena amissionis currus et boum et xxv. librarum
pro qualibet vice in maiorem penam infligendam ut in mentem
pervenerit ab eo in curia a predictis (et pro qualibet pede lignorum
inciso soldos octo pro qualibet vice qua reperirent.)
Domini Raynerio ad predictum examinem observanda data
fuit manus ad predictum ordinem facienda Odoricus
preco curie Sancti Viti qui predicta preconizavit alte
ibi et in partibus pretiis supradictis. Acta fuerunt predicta
sub domo curie Sancti Viti.

Et ego Odoricus filius Hermanni de Sancto Vito
publicus imperiali auctoritate notarius, ex commissione michi
facta per olim bone memorie reverendissimum in Christo patrem

et dominum dominum Lodovicum tituli sancte cecilie Aquileiensis dignissimum
patriarcham prout in protocollis condam Thome notarii de sancto
Vito inveni nil addens vel minuens preter punctum vel vir
gulam rogatus scripsi et publicavi signumque meum apposui
consuetum

Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo indictione
decima die quinto Januarii presentibus nobilibus viris
Jacobo condam domini Hermanni, Jacobo Johanne, Hermanno
francisci, Guidetto ser Almerici, Johanne gatto et
Marco decano de Cineto testibus vocatis et rogatis et aliis
Cum per laudum et sententiam fuerit diffinitum quod homines
communis Vilotte debeant reddere octo boves alternatim
ser Raymundo castaldo Cividati et secundum tenorem ... ut
de sententia constat publico instrumento scripto manu mei Thome
notarii in millesimo ... vigore ipsius sententie relat...
per officiales domini patriarche, volens dictus ser Raymundus
ipsam sententiam executioni mandare, quidam de dicta
Vilotta accepit fecit boves quatuor cum duobus curribus
per familiam suam castaldi, de qua acceptione ser ...
recepit a Johanne ... cancellario ... quid
... Johannes ... castaldo ...
... diffinivit quod vigore sententie
publicatus dictus castaldio deberet bona accepta illis
facere ... et ipsa bona ... facere ad ipsius
castaldionis beneplacitum et voluntatem et quod residuum
cuius quod in sententia continetur ipsi communi Vilotte per facere
deberet et si ipsam sententiam ... quod de
bonis hominum ipsius Vilotte recipere facere deberet usque
ad summam omnium contentorum in instrumento sententie antedicte

Item super consuetudinem antiquam, que ibi et in patria fuit
ipplicita dictis Castaldio attribuit dictos duos currus
familiaribus eius qui dicta bona acceperint. Actum sub
domo Comunis dicti loci etc.

Et ego Odoricus filius quondam ser Hermanni de Sancto Vito
publicus imperiali auctoritate notarius, ex commissione michi
facta per olim bone memorie Reverendissimum in Christo
patrem et dominum dominum Lodovicum Sancte Sedis Aquilegiensis
dignissimum patriarcham, prout in prothocollis quondam Thobie
notarii de Sancto Vito nil addens vel minuens preter
punctum vel virgulam, rogatus scripsi et publicavi
signumque meum apposui consuetum.

Die mercurii decima dicti mensis Septembris, hora
loco et testibus supradictis. In iudicio coram supradicto
domino Locumtenente, comparentibus dictis domino Iuliano
et domino Antonio nominibus quibus supra in termino supradicto
per eum termini satisfaciendo dictus dominus Antonius de Sancto
Daniele nomine predicto opponendo contra testes et iura
dicti domini Abbatis superea productos et examinatos ac
publicatos, opposuit quod dicti testes non sunt omni exceptione
maiores et subditi ipsius domini Abbatis et non
relevare ipsos testes et alia iura superea producta
omissis et reservatis suis loco et tempore dicendis et allegandis.
Et dominus Iulianus dicto nomine replicavit opportunum
et opposuit contra testes et instrumentum dictorum hominum et
Comunis [illegible] et supra productos non relevare in
iure nec in facto, omissis et reservatis suis loco et tempore

Opponitur per reos contra testes actoris ut hic

Opponitur per actorem contra testes reorum ut hic

Concludit in causa

nectendo et allegando. Et dns Antonius eo nomine replicavit
oppositum. Quibus quidem exceptionibus et replicationibus per partes
prefatus dns Iohannes de Volumnie primum predictum
in dicta causa concludentium conclusit et pro concluso haberi voluit
et mandavit. Reservato partibus interdicto non obstante presenti
conclusione etc. Ad producendum instrumenta in dicta causa danda
in manibus mei notarii usque per totam futuram ebdomadam.

Tenor instrumenti per parte predicti dni Abbatis post dictam
causam conclusionem in manibus mei notarii et debito tempore dati
sequitur et est talis.

Anno dni Millesimoquadringentesimovigesimoseptimo indictione
quinta die sexto mensis Septembris in monasterio Sancti
super platea dicti monasterii, presentibus nobilibus viris
Aspnino quondam nobilis viri Hermanni de Arrupe
et Falchomario quondam Nobilis viri Iohannis de pranigelio
ac prudens viro Jacobo Deo batnyono de dicta
bagnaria, Coram reverendo in xpo patre et dno dno
dei gratia Abbate dicti monasterii Comparuerunt Mathussi
homines ville Sedegnani et Mathionus de dicto Sedegnano
et hinc supplicaverunt eidem dno Abbati ut de
gratia eis concedere posse incidere dicta lignamina
ministerio in busco vocato Alberete et illa inde
conducere ad dictam villam Sedegnani pro fabrica
Ecclesie dicti Sedegnani mediante debita solutione
dictorum lignaminum. Qui dns Abbas annuens
dictis petitionibus et reedificabit in territorio dicte ville etc. ville
Sedegnani concessit et dedit predictis Mathusso et Mathiono

licentiam plenariam incidendi dicta lignamina in dicto
Albareto et illa inde extra conducendi ad dictam villam
Sedegliani pro fabrica dicte Ecclesie / Cum pacto quod
debeant esse in concordio cum prefato domino Abbate
de [illegible] dictis lignaminibus que extra conduxerint de
dicto nemore / secundum ipsorum lignaminum conditionem
et qualitatem.

Ego Antonius condam legum doctoris domini Lodovici
de biscoffis de Sacilo publicus imperiali auctoritate
notarius et ad presens cancellarius Reverendi in Christo patris
et domini domini Thome de Saviolis decretorum doctoris
dei gratia Abbatis Sextensis hoc suprascriptum instrumentum rogatum
[illegible] et nunc cancellarium in protocollo condam Ciani
prestantis viri ser Angeli condam ser Johannis Ciani publici
notarii / Ego autem [illegible] concessa per ser Odoricum gastal-
dione Sextensi et dominos iuratos sedentes subpositum more
ad banchum Juris prout reperi in dicto protocollo fideliter
scripsi nil plus addens vel minuens preter quam vel variata
quod ~~[illegible]~~ mutet vel variet intellectum et ad publicam
fidem et testimonium me subscripsi ..

Attestationes testium dni Abbatis Sexten. contra Comunem Sancti Viti.

Infrascripta sunt dicta et attestationes testium pro parte reverendi in Christo patris dni Federici dei gratia Abbatis monasterii Sancte Marie Sexten. In causa sive questione nemoris vocati del Albaret, mota et intentata per ipsum dnm Abbatem coram dnis locumtenentibus patrie Foriiulii pro inclito ducali dnio venetiarum, Contra homines et Comunem Sancti Viti, qui in se iudicium et defensionem susceperunt per petro dela zeglara, Vermo et Cholusso de Sancto Vito nomine et vice in articulis ipsius dni Abbatis et monasterii inferius descriptis specificatam. Examinatorum et interrogatorum super dictis articulis per me Antonium notarium quondam Matthiussi de Utino Aquilegensis diocesis publicum imperiali auctoritate notarium dictisque causis scribam, Receptorum quidem per me ipsum Antonium notarium de commissione et mandato dnorum locumtenentium, presentia ... et requisitione ... dni Abbatis et ... dictorum hominum et Comunis Sancti Viti sive eorum sindici et procuratoris. Sub anno millesimo quadringentesimo vigesimo octavo et de trigesimo octavo diebus ... inferius descriptis.

Tenor autem articulorum pro parte dicti dni Abbatis super productorum sequitur et talis est.

Coram vobis magnifico et potenti dno dno Vitale ... pro ... Serenissimo ducali dnio Venetiarum et locumtenente in patria Comparet Julianus de Florentia tamquam procurator sive sindicus venerabilis patris et dni dni Federici Abbatis Sexten. et conventus, In causa quam habet cum Comuni et hominibus Sancti Viti, qui ...

in sit judicium subscripsit / per petro dela Zeglara / magistro
Venuto et Cholusso ut in processu latius continetur / Et
infrascriptas posiciones producit et producat contentum et dumtaxat
omni meliori modo forma / quibus melius potest et debet
Et petit per vos partem moveri / eidemque subicere iuramentum
per eorum credit vel non credit quas si negabit
pro adversa inducat in vim articulorum quos probare
intendit per testes et alia sua iura / Non astringens
se ad probandum nisi quod sufficiat ad victoriam.

Et primo quod fuit et est una villa ultra Tiliamentum
in districtu et iurisdictione domini Abbatis et conventus
Sextensis Que vulgariter nominatur et appellatur
Marignana / sic est publicum et notorium in patria
apud omnes cognoscentes dictam villam. / Credit
preterquam de districtu domini Abbatis nisi doceat.

Item quod in principio dicte ville est unum nemus sive
silva vocatum et vocatur lo Albareto. Cui hic
sunt confines ab una parte est nemus unum dicti monasterii
Sextensis in loco Braidaria iuxta Malonum / iuxta
Tabellam Marignane / iuxta quedam nemora pertinentia
Rosetus Vilutum / sic est publicum et notorium.
/ Credit quod ultra Tiliamentum est una silva sive
nemus sic nominatum / cetera non credit ut ponuntur.

Item quod dictum nemus sive silva / ab anno / quinque
x. xx. xxx. xl. l. annis et ultra et per ipsum tempus
fuit in tenuta et possessione dominorum Abbatum et conventus

dicti monasterii pro tempore existentium afficiendo et dessficiendo
ligna incidendo, et inde faciendo per se aut per alios
de eorum mandato et voluntate, prout faciunt veri domini
et legitimi possessores. R[esponsio] Non credit.

iiii Item quod dicti domini Abbates pro tempore existentes per suos
officiales, scientibus et patientibus hominibus, communitatis dicti viti
pignorare fecerunt homines de Sancto Vito ibidem bostantes
seu ligna incidentes, multam ab eisdem se recipiendo exa
gendo ut faciunt veri domini et legitimi possessores.
R[esponsio] Non credit.

v Item quod dictus dominus Abbas pro tempore existens continuando
possessionem suorum predecessorum pacifice et quiete per annos
et annos possedit dictum nemus seu silvam, usque
ad tempus inquietationis et molestationis facte per predictos.
R[esponsio] Non credit.

vi Item quod dicto domino Abbate sic pacifice possidente nomine
dicti monasterii, predicti temere, de facto, per vim et
violentiam intraverunt in dicto nemore seu silva
ibidem ligna incidendo et bostando, et dicta ligna se
inde exportando, justiciam utilitatisque offendendo contra
voluntatem predicti domini Abbatis et conventus. R[esponsio] Non
credit ut ponitur.

vii Item quod predicti per hunc modum furtive commiserunt
sic intrando in dicto nemore seu silva ligna incidendo
et asportando de loco ad locum et consequenter tenentur ad
penam banni et ad alterius. R[esponsio] Non credit.

viij. Item quod predicti molestaverunt et molestant inquietaverunt et inquietant turbaverunt et turbant predictos dominum Abbatem et Conventum intrando in dictam silvam seu nemore scindendo ligna et boscando, eaque apportando de loco ad locum. R. Non credit ut ponitur. Sed intraverunt et intrant debite et juste.

viiij Item quod precium dictorum lignorum sic per predictos asportatorum ascendunt ad summam librarum viginti, sive plus aut paucior prout liquidabitur. R. Non credit ut ponitur.

x Item quod a tempore dictarum molestationum et inquietationum factarum et excessuum commissorum usque ad tempus mote presentis litis non est elapsus annus. R. Credit quod non annus certum non credit

xj Item quod de hiis premissis est vox et fama publica. R. De creditis credit de non creditis non credit

[R]aymundus [illegible] fr. [illegible] et fr. Radulfi de Obray [illegible] etatis annorum [illegible] vel circa testis juratus testatus et ad probandum pro parte dicti domini Abbatis datus productus et nominatus examinatus fuit et interrogatus per me [illegible] notarium ex commissione michi facta super capitulis intitulatis, sibi ad eius plenum intellectum vulgarizatis et declaratis, super premissis deponit de contentis in dictis capitulis dixit ut infra.

Et primo super primo capitulo examinatus dixit contentum eo esse verum. Et super dicto dixit scire quod cognoscit dictam villam et in ea fuit plus centum vicibus. Cuius ville homines pluries vidit sepius comparere in curiis coram officialibus et Castaldione domini Abbatis et conventus in dicto monasterio Sexten. ubi pro redditu, et respondere personaliter ipsos homines de Maregnana fuerunt citati.

Super secundo capitulo examinatus dixit testis ipse contenta in ipso capitulo esse vera. Interrogatus quomodo sciret respondit quia ipsum nemus appellatum Albaret cognovit et cognoscit ab annis xl. et eius confines in capitulo notatos, quos a recordatione ipsius testis audivit appellari fuisse confines ipsius nemoris. Item dixit ulterius ipse testis quod ipsum nemus habet alium confinem videlicet glu mutrons in chiaf darbecilg inter confinia villarum Vilutte et Vilotte et in Capite dal Saucelons ubi erat unus pons fuerchiarum monasterii Sexten. predicti.

Super tertio capitulo examinatus dixit quod ipsum nemus appellatum Albaret a recordatione ipsius testis citra fuit in tenuta et possessione pacifica ipsius domini Abbatis et monasterii Sexten. ac hominum villarum Maregnane et de [illegible] [illegible] dicti domini Abbatis et pro dicti monasterii, ligna in eo incidendo et asportando pacifice et quiete sine contradictione alicuius persone. Subiungens testis ipse se vidisse annis circa xx. ipsos homines de Maregnana ac familiares ipsius

dni Abbatis pignorasse nomine ipsius dni Abbatis, certos homines de parte sua recedere, repertos bustare in ipso nemore et pignora conducendo duxisse ad dictum monasterium, et etiam ab illis qui pignorati fuerunt, quorum nominibus non recordatur dici audivisse. Sed que pignora accepissent dixit non recordari.

Sup quarto capitulo Interrogatus dixit de contentis in ipso capitulo nichil scire, vidit tamen homines de Sanctolario pertransire per ipsum Castrum Sbroyiane possunt esse anni circa xxx. vicibus pluribus cum curribus et asinis, a quibus petijt testis ipse quo ivent cum ipsis curribus, et responderant quod ibant in dicto nemore appellato Albaret, Sed tamen intrare non vidit, et nescire utrum fuissent. Et nisi ex auditu ipsorum hominum de Sanctolario qui redeuntes dicebant, ligna que conducebant dictum illum quod ea inciderant in ipso nemore. Et dubitantes ne pignorarent per dictum dnum Abbatem et eius officiales ibant ibi in copia et armati.

Sup quinto capitulo Examinatus dixit de contentis in ipso capitulo nichil aliud scire nisi prout supra deposuit.

Sup omnibus aliis sequentibus capitulis Examinatus dixit de contentis in ipsis capitulis nichil scire nisi prout supra deposuit, Audivit tamen dici tamen quod certi homines de Sanctolario in dicto nemore, a quo tempore circa dictum nemus manuant ligna in eo incidebant et apportaverant non tamen vidit ut ligna inciderent et apportare vidit.

Sup generalibus personae examinatus recte per omnia incedit.

Dominicus dictus pinzam quondam Andree de marguina
habitans in Trausio etatis annorum quinquaginta vel circa
testis inductus et iuratus ad probandum suprascriptos capitulos
examinatus et interrogatus ut supra super capitulis predictis sibi ad
suum plenum intellectum vulgarizatis et declaratis per suo
sacramento testificatus est prout ut infra.

Et primo super primo capitulo examinatus dixit contenta in
eo esse vera. Interrogatus quomodo scit, respondit quod dictam
villam cognovit et cognoscit et in ea habitavit annis quinquaginta
elapsis vel circa a qua recessit sunt anni octo elapsi et
vidit per tempus ipsum dominum Abbatem et eius officiales
mandare ut subditis suis dicte ville, et venire et compa-
rere in iudicio coram officialibus eiusdem domini Abbatis, et ipsos
officiales cognoscere de hominibus dicte ville marguine qui delicta
commiserant et eos mulctare et punire. Interrogatus de quibus
vidisset fieri iustitiam in criminalibus, respondit quod de
pruisme et quodam qui suspensus fuit et quodam beluxio
qui furatus fuit in dicta villa marguine quod etiam
suspensus fuit. Item ultra dixit quod quidam leonardus
flori notarius fuit in ipsa villa captus propter homicidium
et quia repertus fuit innocens relaxatus fuit.

Super secundo capitulo examinatus dixit contenta in ipso esse
vera. Interrogatus quomodo scit, respondit quod dictum nemus
ab annis quinquaginta et ultra cognovit et ultra, et eius confinia
que sunt in capitulis ipsis specificata ac etiam pertinentias
et sic a recordatione ipsius testis citra ipsum nemus repu-
tatum et habitum fuit fuisse et esse in dictis pertinentiis

marignane ac districtu dicti domini Abbatis et Conuentus
et ipsius confines fore contentis in capitulo ipso.

Super tertio et quinto Capitulis examinatus dixat dominum
Abbatem et monasterium predictos ab annis quinquaginta
et a suo recordatu citra fuisse in possessione pacifica
dicti nemoris appellati Albaret, et etiam homines de
marignana subditi et districtuales eiusdem domini
Abbatis et monasterii ipsum nemus intrando per subditos
et districtuales suos et officiales ligna in eo incidendo
et exportando sine contradictione alicuius persone et maxime
hominum et communitatis ac Capitanei dicte ville ipsius hominibus
de Sancto vito et etiam Capitaneum volentis et non contra
dicentibus, Subiungens testis ipse quod si aliquis preter
officiales et districtuales ipsius domini Abbatis de mari
gnana, ipsum nemus intrabat et ligna incidendi buscandi
et exportandi et repertus fuisset pignorabant et molesta
bant, ac pignorati et molestati fuerunt. Interrogatus
si umquam homines et Communitatem dicte ville per tempus
predictum in ipso nemore buscare et ligna incidere
vidisset, Inquit quod semel tantum, possunt esse quinque
anni vel circa quod Consules et homines de Sancto vito
ville cum quadraginta animalibus et XL personis armatis
venerunt in ipso nemore per vim et violentiam
et ligna construendo ex dicto nemore inciderunt et
exportauerunt in ipsius monasterii preiudicium et absentia
ierunt. Interrogatus si umquam alio tempore ipsos

homines de Sanctovito intrare et buscare in ipso nemore vidisset, imo dicit quod non audivit nisi intrassent ab annis septem citra quibus elapsis quibus ipse testis recessit de dicta villa Marignane et fuit habitator Montium Tririsii. Item ultimus dixit ipse testis quod vidit officiales ipsius domini Abbatis sepius pignorare in dicto nemore diversis vicibus ac adiuvit pignorare plures homines de villa predicta de villa Fosse, Blanicio et Bastido de Azano et aliis locis et villis districtualibus seu convicinatis cum hominibus et Comitis Sancti Viti in dicto nemore buscare et ligna incidere repertos quibus receperunt diversa pignora videlicet bovos Fonceras cutros et alia pignora, et si voluerunt rehabere dicta pignora ipsorum se concordaverunt cum Gastaldiono et officialibus dicti domini Abbatis et monasterii Sextensis qui pro tempore erant, aliqui in pecuniis, aliqui in blado et similibus.

Super quinto capitulo examinatus dixit de contentis in dicto capitulo nil aliud scire nisi prout supra deposuit, vidit tamen bis iam annis xl vel circa Gastaldionum monacorum homines ville de Marignana officiales et districtuales dicti domini Abbatis Sextensis et sui monasterii conducere plura animalia et armenta ad monasterium Sextense. Que animalia dicebant ipsi monaci et officiales et districtuales dicti domini Abbatis recepisse hominibus de Sanctovito repertis buscare et ligna incidere in ipso nemore vocato Albaret, non tamen vidit recipere.

Super omnibus aliis capitulis examinatus dixit de contentis in dictis capitulis nil aliud scire nisi prout supra deposuit, et excepto quod scit quod si ipsi homines de dicto [?] ipsum dominum iuraverunt quocumque tempore aliquam prodierunt [?], clam et de facto iuraverunt et nullius iuris fuerunt per tempus predictum nec de premissis habent prout publicam et notoriam et publicam cognoscentibus.

[illegible] et personam ipsius testis examinatus recte per omnia respondit.

[illegible] quondam Benvenuti de Villotta habitans in Lauzacho districtus [illegible] etatis annorum quinquaginta et ultra, testis iuratus testimonio, et ad probandum pro parte dicti domini Abbatis datus nominatus et productus, examinatusque et interrogatus super capitulis inductis et ad cuius plenum intellectum vulgarizatis et declaratis suo sacramento dixit scire ut infra.

Et primo super primo capitulo examinatus, dixit contenta in ipso esse vera. Interrogatus dixit scire quod vidit [illegible] infinitos homines [illegible] coram officialibus domini Abbatis in causis et contra eos per ipsos officiales iura [?] facere, et ita publice [?] ipsa villa [illegible] receperunt [?] pro hominibus eam cognoscentes, et de districtu et iurisdictione domini Abbatis [illegible] et sui monasterii. Item ulterius dixit testis ipse in omnibus [illegible] de quo [illegible] ipsum dominum Abbatem et homines de dicto [?] [illegible]

c(um) q(ue)sto vidisse sup(er) certo loco appellato [?] mutarono
fuisse furcas et fixas certas furcas, que publice dicebantur
fore furcas Monasterii Sexten. ubi suspensus fuerat certus
fur et latro, non tamen suspensum vidit.

Super sexto capitulo examinatus dixit contenta in eo
vera esse. Interrogatus quomodo sciret, respondit quia ipsum nemus
cognoscit et cognovit iam annis xl et ultra, et eius confines
et pertinentias, in quo nemore ipse testis sepius buscavit
iam annis xxx ut [?] pignoratus fuit per fratrem
Georgium Monachum dicti domini Abbatis Monasterii Sexten
cum quo se concordavit in uno pari polastrorum.

Super tertio et quinto capitulis examinatus dixit quod ab anno
xl et ultra quibus recordatur de eius bono recordatu
homines ville de Ayneigrana et de Silvis districtuales
et subditi ipsius domini Abbatis et eius Monasterii et ipse
dominus Abbas Sexten, fuerunt in pacifica tenuta et posses-
sione ipsius nemoris, ac nemus ipsum pacifice et quiete
tenuerunt et possiderunt per ipsum tempus. In ipso nemore
incidendo buscando et inde mittendo pacifice et quiete
sine contradictione alicuius persone, ipso teste sepius et
pluries infinite vidente, et maxime sine contradictione
hominum et comunis Sancti Viti. Interrogatus si homines
et comune Sancti Viti ipsos homines de Ayneigrana et
Silvis districtuales et subditos ipsius domini Abbatis et ipsum
dominum Abbatem vidissent in ipso nemore buscare et
ligna incidere, respondit quod sic, prout testis ipse vidit ipsos
vidisse, qui homines de Sancto Vito nunquam pignorave-
runt ipsos de Ayneigrana de Silvis neque aliquos subditos
domini Abbatis.

Sup quarto capitulo Examinatus dixit officiales dni Abbatis possunt esse anni xlj vel circa pignorasse in ipso nemore Francischum Macrie et Antonium de Sancto Vito repertos buscare et ligna incide in eo nemore, et accepisse eis securres, currus et caualla que eo duce vidit Sextum, Interrogatus quomodo sciret, Rndit quod eos pignorare vidit ipse supradicto et credit quod homines et comunis Sancti Viti de ipsa pignoratione sciuit et dissimile scire potuit. qui homines de Sancto Vito, tollit pignorata postea per audiuum se concordauerunt cum ipsis officialibus dni Abbatis, non tamen presens fuit. Interrogatus quo nomine nuncupati fuissent ipsi officiales rndit non recordari, Et quod fuit cum eis quidam frater Georgius et frater Nicolussius Monachi ipsius Monasterij Sextum Item ulterius dixit ipse testis quod dum esset districtualis dicti dni Abbatis et Nimeet in villa de Salmis districtus ipsius dni Abbatis Sexti. ipse testis inio possunt esse anni xlviij vel circa pignorauit Deenam suum de Fossa et quendam Jacobum de gener Queit de Flaminio commigrantes et buscantes cum hominibus Sancti Viti repertos buscare et ligna incide in dicto nemore appellato Albareet. Quibus accepit pro pignore currus et boues, et qui se cum ipso teste concordauerunt in ducato auri uno, quem ipsi in tercio modo solvere debeant.

Sup omnibus sequentibus capitulis Examinatus dixit de contentis in ipsis capitulis, nichil aliud scire nisi prout sup deposuit

Sat in a recordari suo circa ipos homines de dicto buto nullum ius unquam habuisse neque habere incidendi et buscandi in ipso nemore, et si intraverit de facto intraverit et per violentiam committentes per hunc modum expressum.

Super generalibus persone examinatus, recte per omnia respondit.

Iacominus quondam domini de Silvinis habitans in Vigonono partis plani etatis annorum lx. et ultra ut asseruit, testis iuratus testatus et ad plenum super datis et productis examinatis interrogatus ut supra et super capitulis antedictis sibi ad eius plenum intellectum vulgarizatis et declaratis suo iuramento testificatus est dicere ut infra.

Et primo super primo capitulo examinatus, dixit contenta in ipso esse vera. Interrogatus quomodo scit, respondit quia testis ipse ipsam villam cognoscit et vidit antequam testis ipse se absentaverit de hac patria et fuisset habitatum in Tuscana a qua recessit annis circa xl. homines dicte ville Cavagnone et de Silvinis venire ad iudicium officialium domini abbatis Zagonasii et caput ville in infinitis et ipsi domino abbati et eius officialibus obedire tamquam ipsius domini abbatis Zagonasii suos districtuales et subditos.

Super secundo capitulo examinatus, dixit contenta in ipso esse vera. Interrogatus quomodo scit, respondit ipsius nemoris pertinentias et confines et ipsum nemus cognoscit

et tamdiu cognovit, ita publice tenuit et tenetur per omnes
ipsum nemus et ipsius confines ac pertinentias cognoscentes.

Super tertio et quinto capitulo examinatus, dixit tempore quo
